



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCLVIII. Markgraf Otto von Brandenburg ertheilt dazu seinen Consens, daß  
König Adolph Goslar oder Lübeck dem Herzoge Otto von Braunschweig  
verpfände, am 17. Mai 1292.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

**CCLVIII.** Markgraf Otto von Brandenburg ertheilt dazu seinen Consens, daß König Adolph Goslar oder Lübeck dem Herzoge Otto von Braunschweig verpfände, am 17. Mai 1292.

Nos Otto, Dei gracia Marchio de Brandenburg, notum facimus presentium inspectoribus vniuersis, quod cum Serenissimus Dominus noster, Adolfus, Inclitus Romanorum Rex semper Augustus, promiserit Magnifico Principi Domino Lodwico Illustri Comiti Palatino Reni, Duci Bawarie, tria milia marcarum puri argenti, Coloniensis ponderis, soluere pro expensis, quas in negotio electionis sue, veniendo in Franckenfurt, stando ibidem et redeundo ad propria, noscitur impendisse, eumque apud Illustrum Principem Dominum Ottonem, Ducem de Brunswiek et Lunenburg, generum eiusdem Comitis Palatini, cui pro dote Illustris Machthildis, filie sue, tenetur in quantitate pecunie ante dicte, quitare et absoluere sponderit de eisdem, in pignus siue ypothecationem, quam pro eisdem tribus milibus marcarum sepe satus Dominus noster Rex prelibato Duci de Lunenburg fecerit, de altero opidorum Imperii, videlicet Lubecke vel Goslaria cum pertinentiis suis, tam in bonis, quam hominibus, et aliis iuribus suis, vsque ad redditus trecentarum marcarum puri argenti Coloniensis ponderis, et, si illa non sufficerent, in aliis bonis et possessionibus eiusdem Imperii, cum suis attinenciis, premissis bonis et dicto Duci de Lunenburg magis conterminis, ex nunc prout ex tunc, presentibus consentimus, et nomine Principatus nostri ad eam adhibemus consensum nostrum voluntarium et expressum, dantes eas in testimonium super eo, sigilli nostri robore communitas. Datum in Franckenfurt, Anno Domino Millefimo Ducentesimo Nonagesimo secundo, Indictione Quinta, XVI Kalend. Junii

Aus dem Origin. Guelf. III. Praefatio p. 78.

**CCLIX.** Markgraf Albrecht von Brandenburg beschenkt das Kloster zu Wantze mit den Zinsgaben aus verschiedenen Dörfern des Landes Stargard, am 24. Juni 1292.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis, Amen. Nos Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis recognoscimus et in publicam notitiam devenire cupimus singulorum, quibus presentes fuerint recitate, Quod attendentes vitam celibem sanctimonialium in Wantzick ipsarumque inopiam charitatis oculo intuentes, ne defectus necessariorum temporalium, sine quibus non potest fragilis humana conditio sustentari, earundem mentes devotioni deditas aliquando retrahat a divinis, sed ut temporalibus ac vite subsidiis cum gratiarum actionibus corda frequenter erigant ad eterna; Ad laudem et gloriam Dei omnipotentis ejusque Matris Marie virginis perpetue, ad salutem quoque animarum, nostre videlicet ac progenitorum, filiorum, heredum ac successorum nostrorum, dedimus siue donavimus eisdem sanctimonialibus in Wantzick presentibus et futuris ibidem centum talenta denariorum Brandenburgensium, datuorum de censu nostro, in villis subscriptis die beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum et Walburgis virginis annis singulis attollenda, ac iusto proprietatis ac libertatis titulo perpetuo possidenda. Summe villarum et nomina singularum sunt hec. Schonbeck soluit octoginta octo talenta cum dimidio, unde dabit dictis sanctimonialibus nouem talenta